Fragmentarium

menſtrua non accedaſ· nec reuelabiſ foeditatem eiuſ·
Cum uxore proximi tui non coibiſ nec ſeminiſ commixtione
maculaberiſ· De ſemine tuo non dabiſ ut conſecretur
idolo moloch· nec pollueſ nomen dī tui· ego dñs·
Cum maſculo non commiſceriſ coitu femineo· quia
abominatio eſt· Cum omni pecore non coibiſ·
nec maculaberiſ cum eo· Mulier non ſuccumbet
iumento nec miſcebitur ei quia ſceluſ eſt· nec pollu
amini in omnibuſ hiſ· Et poſt aliquantum· Unuſquiſq·
matrem & patrem ſuum timeat· Et p̄ i· uerſum· No
[illegible] ad idola· nec deoſ conflatiles [illegible]
Ego dñs dſ u[illegible] Et paulo poſt· nec remanen[illegible]
ſpicaſ colligeſ· neque in uinea tua racemoſ [illegible]
decidentia congregabiſ ſed pa[illegible]peribuſ & p[illegible]
carpenda dimitteſ· ego dñs dſ ur· Non fa[illegible]
non mentiemini· nec decipiet unuſquiſque proximū
ſuum· Non periurabiſ in nomine meo· nec pollueſ
nomen dī tui· ego ſum dñs· Non facieſ calumniam
proximo tuo· nec ui opprimeſ eum· Non morabitur
opuſ mercennarii apud te uſque in mane· Non
male diceſ ſurdo nec coram ceco ponaſ offendiculum·
ſed timebiſ dnm dm· quia ego ſum dñs· Non
facieſ quod iniquum eſt· nec iniuſte iudicabiſ
Nec conſidereſ perſonam pauperiſ· nec honoreſ
uultum potentiſ· Iuſte iudica proximo tuo;
Non eriſ criminator & ſuſurro in populiſ·

Fragm. lat. 169 a
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: public_domain – Leipzig, Universitätsbibliothek, Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 169a, Leipzig_169a_verso – (Ps.) Augustinus Hipponensis, De scriptura sacra speculum (Boylan) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v6zu/4749/47308)